

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus divina favente clemencia tercius Romanorum imperator augustus. Universis dei nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos Egberto^{a)} marchioni rebellionem, quam ipse adhuc puer cum ceteris Saxonibus adversum nos exercuerat, cum ad requirendam gratiam nostram humiliatus fuisset respectu etatis eius et consanguinitatis, qua nos contingebat, indulimus sua sibi misericorditer restituentes et alia superaddere meditantes, qui denuo non racione non aliqua inductus vel iusta vel probabili causa^{b)}, sed solo superbie spiritu^{c)} elatus contra pietatem nostram^{d)}, iusticiam^{e)}, fidem et facta^{f)} nobis sacramenta^{g)} fidelitatis non solum honorem, sed eciam^{h)} vitam nostram impugnare conatus est adeo, ut reconciliatosⁱ⁾ nobis Saxones et Thuringos^{k)}, quoscumque potuit, adversus nos concitaret et erecto vexillo Saxoniam^{l)} et Thuringiam^{m)}, nobis quam optinereⁿ⁾ iuraverat, prohiberet. Ob eiusmodi^{o)} culpam illius comprovinciales tam Saxones quam Thuringi^{p)} cum ceteris principibus nostris coram nobis ex iure gentium inde sententiam proferentes, ipsum sicut manifestum hostem regni et imperii Romani prosequendum^{q)} censuerunt, predia vero eius et que a nobis habuerat beneficia, imperiali nostre^{r)} dicioni ac potestati adiudicaverunt. Ex eisdem beneficiis beato Martino ad ecclesiam Traiectensem tum pro remedio anime nostre tum ob fidele servitium dilecti nostri Conradi eiusdem sedis episcopi quendam comitatum Fresie nomine Ostrogowe^{s)} et Westrogowe^{t)} cum omni iure et utilitate, quam Eggebertus^{u)} in hoc comitatu habuit, in proprium tradidimus. Cuius nostre donacionis auctoritas, ut in perpetuum stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam^{v)} inde conscribi, quam, sicut infra apparet, manu nostra roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni^{w)} Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti.

Hermannus^{x)} cancellarius vice Wezelonis archicancellarii recognovi.

Data VII. idus februarii^{y)} anno ab incarnatione domini M LXXXVI., indictione IX., anno autem domni Henrici imperatoris regni quidem XXXI., imperii vero secundo; actum in villa Turingie^{z)}, que dicitur Wehemar, presente domni^{w)} Henrici imperatoris exercitu, mox ut in Egbertum fuerat iudicium pronunciatum; in Christi nomine feliciter amen.

155.

Kaiser Heinrich IV. ächtet wiederholt den Markgrafen Ekbert und eignet dem Bisthum Utrecht die Grafschaft Isselgau zu.

Regensburg, 1086 April 3. 30

Hdschr.: Liber catenatus fol. 95^b (Saec. XV.) Reichsarchiv Utrecht (A). Utr. Copial fol. 30^b (Saec. XIV. med.) (B.) Staatsarchiv Hannover.

Gedr.: Scheid, Orig. Guelf. 4,19. — Eccard, Hist. gen. Sax. imp. 307. — Ritter, Meissn. Gesch. 206. — van Hattum, Geschied. der Stad Zwolle 1,97. Stumpf 2880.

Ann.: Vergl. Einl. 101 Ann. 103, 104 Ann. 120 u. 122, 105 Ann. 128. S. A. 189 Ann. 103, 193 Ann. 120, 35 194 Ann. 122, 195 Ann. 128.

154. a) ekberto B. b) causa fehlt B. c) spiritum A. d) nostram fehlt A. e) iusticiam fehlt B. f) factam A. g) sacramentam A. h) et A. i) reconciliatos B. k) turingos B. l) Saxogiam B. m) turingiam B. n) obtinere B. o) huiusmodi B. p) turingi B. q) persequendum B. r) nostri A. s) Oestergowe B. t) Westergowe B. u) ekbertus B. v) cartam B. w) domini B. x) heremannus B. y) idus februar A. 40 idus febr. B. z) Thuringe A.